

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum intimidum esse sit peccatum? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

58 Q U E S T. CXXVI. A R T. I.
arbit. huiusmodi temporalia sunt minima bona: quod
etiam Peripatetici senserunt. Et ideo contraria eo-
rum sunt quidem timenda, non tamen multum, ut
pro eis recedatur ab eo quod est bonum secundum
virtutem.

Q U E S T. C X X V I.
De intimiditate, in duos articulos divisâ.
Dvide considerandum est de vitio intimidita-
tis.
¶ Et circa hoc queruntur duo.
¶ Primo, vtrum intimidum esse sit peccatum?
¶ Secundo, vtrum opponatur fortitudini?

638

A R T I C. I.
Vtrum intimiditas sit peccatum?
Ad primum sic proceditur. Videtur, quod intimidi-
tas non sit peccatum. Quod enim ponitur
in commendationem viri iusti, non est peccatum.
Sed in commendationem viri iusti dicitur Prover. 28.
Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Ergo
esse impavidum non est peccatum.

¶ 2 Præterea, Maximum terribilium est mors, se-
cundum Philosophum * in 3. Ethicor. Sed nec mor-
tem oportet timere: secundum illud Matth. 10. Nolite
timere eos qui occidunt corpus, &c. Nec etiâ aliquid
quod ab homine posset inferri: secundum illud Isa. 51.
Quis tu? vt timeas ab homine mortali? Ergo impa-
vidum esse non est peccatum.

¶ 3 Præterea, Timor ex amore nascitur, vt su-
ar. pres. pra habitum est *. Sed nihil mundanum amare,
arg 2. pertinet ad perfectionem virtutis: quia vt August.
li 4 c. 28 dicit * in 14. de ciuitate Dei, Amor Dei usque
in princ. ad contemptum sui facit ciues ciuitatis caelestis. Er-
gomen. 5. go nihil humanum formidare, videtur non esse pec-
catum.

S E D contra est, quod de iudice iniquo dicitur
Luc. 18. quod nec Deum timebat, nec hominem re-
uerebatur.

R E S P O N D E O dicendum, quod quia timor

ex
am
qua
por
qua
ip
tur
sec
ne
ris
&
à
el
qua
ne
int
vol
ting
me
qua
tim
gen
am
cor
alic
Fad
Qu
sicu
pro
esse
etu
feru
dat
fit
ne

ex amore nascitur , idem iudicium videtur esse de amore & de timore. Agitur autem nunc de timore quo mala temporalia timentur , qui prouenit ex temporalium bonorum amore. Inditum est autem vnicuique naturaliter, ut propriam vitam amet, & ea qua ad ipsam ordinantur cum debito modo, ut scilicet amens tur huiusmodi non quasi finis constituantur in eis, sed secundum quod eis videntur est propter ultimum finem. Vnde quod aliquis deficiat a debito modo amoris ipsorum , est contra naturalem inclinationem , & per consequens est peccatum . Numquam tamen a tali amore aliquis totaliter decidit : quia id quod est naturale , totaliter perdi non potest. Propter quod Apostolus dicit ad Ephes. 5. Nemo vnuquam carnem suam odio habuit . Vnde etiam illi qui seipso interimunt, ex amore carnis sua hoc faciunt, quam volunt a presentibus angustijs liberare . Vnde contingere potest quod aliquis minus quam debeat, timeat mortem , & alia temporalia mala , propter hoc quod minus debito amet ea . Sed quod nihil horum timeat, non potest ex totali defectu amoris contin gere, sed ex eo quod estimat mala opposita bonis que amat , sibi superuenire non posse . Quod quandoque contingit ex superbia animi de se presumens , & alios contemnens : secundum quod dicitur Job 41. Factus est ut nullum timeret. Omne sublime videt . Quandoque autem contingit ex defectu rationis: sicut Philosophus * dicit in 3. Ethic. quod Celtæ propter stultitiam nihil timent . Vnde patet quod esse impavidum est vitiosum , siue causetur ex defectu amoris, siue causetur ex elatione animi, siue cau setur ex stoliditate , quæ tamen excusat a peccato si sit invincibilis .

Ad primum ergo dicendum , quod iustus commendatur a timore non retrahente eum a bono, non quod fit absque omni timore. Dicitur enim Eccles. 1. Qui sine timore est, non poterit iustificari .

Ad secundum dicendum, quod mors, vel quicquid aliud

*li. 3. c. 7.
tom. 5.*

aliud ab homine mortali potest inferri , non est ea ratione timendum , ut a iustitia recedatur . Est tamen timendum , in quantum per hoc homo potest impediri ab operibus virtuosis , vel quantum ad se , vel quantum ad profectum quem in alijs facit . Vnde dicitur Proverb . 14. Sapiens timeret & declinat a malo .

Ad tertium dicendum , quod bona temporalia debent contemni , in quantum nos impeditur ab amore & timore Dei : & secundum hoc etiam non debent timeri . Vnde dicitur Ecclesiast . 34. Qui timeret Dominum , nihil trepidabit . Non autem debent contemni bona temporalia , in quantum instrumenta litera

A R T I C . I I .

Vtrum esse impavidum opponatur fortitudini?

639

2 d 26. q.
2. a. 2. a. 4
4. Et dis.
34 q. 1. a.
2. cor. col.
2 fin. Et
d 4. q. 2
a. 1. ad 4.

ii. 2. c. 7.
10m. 5. —

A D secundum sic proceditur . Videtur , quod esse impavidum non opponatur fortitudini . De habitibus enim iudicamus per actus . Sed nullus actus fortitudinis impeditur per hoc , quod aliquis est impavidus . Remoto enim timore , aliquis & fortiter sustinet , & audacter aggreditur . Ergo esse impavidum non opponitur fortitudini .

¶ 2 Præterea , Esse impavidum est vitiosum , vel propter defectum debiti amoris , vel propter superbiæ , vel propter stultitiam . Sed defectus debiti amoris opponitur charitati , superbia autem humilitati , stultitia autem prudentiæ sive sapientiæ . Ergo vitium impavidatis non opponitur fortitudini .

¶ 3 Prejera , Virtuti opponuntur vicia , sicut extrema medio . Sed unum medium ex una parte non habet nisi unum extreum . Cum ergo fortitudini ex una parte opponatur timor , ex alia vero parte , opponatur ei audacia , videtur quod impaviditas ei non opponatur .

S E D contra est , quod Philosophus * in tertio

Ethi-